HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 79r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Numquam spes ~~sine~~ cum dolore concordat. nec
fides aliquando sensit quamcumque iacturam.
Resurgere credimus nostros. et plangimus. Quid
faceremus. si mori tantummodo preciperet dominus. Vo
luntas eius utique sufficeret sola ad solatium.
cui nullum preponere iubemur affectum. Quod
dederat abstulit qui creauerat. Quis est
alius qui plangat. quod ad tempus acceperat.
Commodauerat ut haberes quantocumque tempore
uoluisset. et cum uellet rursum auferret.
Nichil abstulit tuum. qui recipere dignatus est
proprium. Creditum suum recipere decuit credi
torem. et nichil aliud decet. quam creditori suo
gratias agere mutuantem. Sic iob legimus.
quam sequamur deuotissimam uocem dicentis.
dominus inquit dedit. dominus abstulit. sicut domino pla
cuit sic factum est. sit nomen domini benedictum.
Parum ergo non erat hec consolatio contra luctum.
quod nemo lugere debeat. cum aliquid reddiderit
alienum. quod fas non erat apud alienum retineri.
quod domino suo fuerat necessarium. Addit con
solationis alia prouidentia. que iaculis orbi
tatis occurrat. Plangere debuimus de seculo
recedentes. si seculi inimicicias contra nos mi
nime sentiremus. et plangimus domini beneficia. qui
nouit prodesse infirmitati nostre quod prestat.
Reclitari uolebat adhuc qui dolet aliquem
dormientem. et uitam fluctus presentis uite
uidere cupiebat miserum laborare. tantis
ac talibus tempestatibus uite. Inpugnationes
diaboli. tot corporis bella. tot clades seculi e
uasit. et lacrimas fundis. quasi nescias quid
in te ipso patiaris. Propter quod ammonet
dominus. discipulos suos dicens. Si me diligere
tis. gauderetis. quia uado ad patrem. Pla
ne mortuum laharum fleuit. sed non tuas fu

dit lacrimas. Resurrectionis promissor. dolo
rem docere non poterat. ne fidem perfidam fa
ceret quam docebat. Doluit laharum non dormi
entem. sed potius resurgentem. et flebat. quem
cogebatur propter saluandos alios seculo reuocare.
Hanc uitam dans dominus ingemiscebat. quam tu
doles esse sublatam. Contra lacrimas eius. pug
nant lacrime tue. et amor tuus. amori eius
non conuenit. Hic fletus non habet potestatem.
Ille nolebat reddere laboribus quem dilexerat.
et tu amare credis. cui laborum uolebas adhuc
restare tormenta. Cetum si putas eum laharum
doluisse. ante non permisisset exire qui repelle
re non poterat, aut certe non fleret. qui mortu
um resuscitare pro modum habuerat potestatem.
Vnde apparet sola eum causa fuisse commotum.
quod ad hostilem uitam carissimum reuocare de
nuo propter credituros aliquos. et confundendos
incredulos urgebatur. Denique sic subsecutus
est dicens. Ergo pater. ut credant quia tu me
misisti. Ait clara uoce. Lahare ueni foras.
Et factum est. Gaude ergo. unde ille coactus est
flere. ne tu saltem uidearis dormientis felicita
tibus inuidere. Ab alieno mundo proprium transi
uit ad deum. et de hostili patria migrauit ad
celum. Contra sic apostolus memorat dicens.
Quamdiu sumus in hoc seculo. peregrinamur a domino. Non
ergo luctum nobis debet incutere quisquam. cum
a peregrinatione redire meruerit ad propriam
~~meruerit~~ regionem. maxime cum non inanis
et uacuus redire noscatur. qui xpianitatis mer
catus est lucrum. propter quod descendit xpc
ad mundi commercium. Et ego inquies. nul
la promissionum celestium dubitatione contur
batur. sed sola separatione dormientis estuans.
de solatiis pii pignoris iactor. Excusatio

79